UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

7 Vtrum propter parentum obsequium aliqui debeant retrahi à religionis ingressu.

urn:nbn:de:hbz:466:1-72772

Visual Library

bus ſuis religionem intrare, nec tenetur in ſeculo remanere, ut procuret unde debitum reddat. Filius aũt non tenetur ad aliquid ſpeciale debitum patri, niſi forte in caſu neceſſitatis, ut dictum eſt.

ARTICVLVS VII.

Vtrum presbyteri curati poſſint licite religionem ingredi.

AD SEPTIMVM ſicproceditur. Vr̃ ꝙ presbyteri curati nõ poſſint licite religionẽ ingredi. B Dicit.n.Greg.in paſtorali,* ꝙ ille qui curam animarũ ſuſcipit, terribiliter admonetur, cũ dr̃. Fili mi, ſi ſpoponderis pro amico tuo, defixiſti apud extraneũ animam tuam:& ſubdit.† Spõdere nãque pro amico, eſt alienam aĩam in periculo ſuæ conuerſationis accipere: ſed ille qui obligatur homini pro aliquo debito, nõ põt intrare religionẽ, niſi ſoluat id qđ debet, ſi poſſit. Cũ ergo ſacerdos poſſit curam aĩarũ agere, ad quã ſe obligauit in periculum animę ſuę, vr̃ ꝙ non liceat ei, pretermiſſa cura aĩarum, religionẽ intrare.

¶ 2 Pręt. Quod uni licet, pari rõne omnib. ſimilib. licet: ſed ſi oẽs presbyteri habentes curam aĩarum religionem intrarẽt, remanerent plebes abſq; cura paſtorum, quod eſſet incõueniẽs. ergo vr̃ ꝙ presbyteri curati nõ poſſint licite religionẽ intrare.

¶ 3 Pręt. Inter actus ad quos religiones ordinant̃, p̃cipui ſunt illi, quibus aliquis contemplata alijs tradit: huiuſmodi aũt actus competunt p̃sbyteris curatis, & archidiaconis, quib. ex officio cõpetit p̃dicare, & cõfeſſiones audire. ergo vr̃ quod nõ liceat presbytero curato, vel archidiacono tranſire ad religionem.

SED CONTRA eſt, quod in Decret.* 19.q.2.c. Duę ſunt leges, dr̃. Si quis clericorum in eccleſia ſua ſub ep̃o populum retinet, & ſeculariter uiuit, ſi afflatu Spiritusſancti in aliquo monaſterio, uel regulari canonica ſe ſaluari uoluerit, etiam epiſcopo contradicente, eat liber noſtra authoritate.

RESPON. Dicẽdum, ꝙ ſicut ſupra dictum eſt,* obligatio voti perpetui præfertur omni alij obligationi. Obligari aũt voto perpetuo & ſolemni ad uacandum diuinis obſequijs, cõpetit proprie ep̃is, & religioſis. Presbyteri aũt curati, & archidiaconi non obligantur uoto perpetuo & ſolemni ad curam animarũ retinendã, ſicut ad hoc obligantur ep̃i. Vnde ep̃i pręſulatum non poſſunt deſerere quacunque occaſione abſque authorita-

A te Romani Pontificis,* ut hr̃ extra de regular. & tranſeuntib. ad relig. c. Licet. Archidiaconi aũt & presbyteri curati pñt libere abrenuntiare ep̃o curam eis commiſſam abſque ſpeciali licentia Papę, qui ſolus poteſt in votis perpetuis diſpenſare. Vnde manifeſtum eſt quod archidiaconis, & presbyteris curatis licet ad religionem tranſire.

AD PRIMVM ergo dicẽdum, B ꝙ presbyteri curati, & archidiaconi obligauerunt ſe ad curam agendã ſubditorũ, quãdiu retinẽt archidiaconatũ, uel parochiã: non aũt obligauerunt ſe ad hoc, ꝙ perpetuo archidiaconatum, uel parochiã teneãt.

AD SECVNDVM dicendũ, ꝙ ſicut Hier. dicit contra Vigil.* Quamuis à te linguæ uipereæ morſus ſęuiſſimos patiuntur. ſ. religioſi, quib. argumentaris & dicis. Si omnes ſe clauſerint, & fuerint in ſolitudine, quis cele- C brabit eccleſias? Quis ſęculares homines lucrifaciet? Quis peccãtes ad uirtutes poterit exhortari? Hoc.n. modo ſi oẽs tecum fatui ſint, ſapiens eſſe quis poterit? Et uirginitas non erit approbãda. Si.n. uirgines oẽs fuerint, & nuptiæ nõ fuerint, interibit genus humanũ. Rara eſt uirt⁹, nec à plurib. appetitur. Patet ergo ꝙ hic timor ſtultus eſt, puta, ſicut ſi aliquis timeret haurire aquam, ne flumen deficeret.

ARTICVLVS VIII.

D *Vtrum liceat de una religione tranſire ad aliam.*

I AD OCTAVVM ſicproceditur. Vr̃ quòd non liceat de una religione tranſire ad aliam, etiã arctiorẽ. Dicit.n. Apoſt. ad Heb. 10. Non deſerentes collectionẽ nr̃am, ſicut eſt conſuetudinis quibuſdam. gl.* qui. ſ. timore perſecutioni cedũt, uel propria pręſumptione à peccatorib. uel imperfectis ut iuſti uideantur, recedunt: ſed hoc uidentur facere qui de una religione tranſeunt ad aliam perfectiorem. ergo uidetur hoc eſſe illicitum.

E ¶ 2 Præt. Profeſſio monachorum eſt arctior q̃ profeſſio regulariũ canonicorum, ut hr̃ extra, de ſtatu monachorum * & canonicorũ regulariũ c. Quòd Dei timorẽ: ſed non licet alicui tranſire de ſtatu canonicorum regulariũ ad ſtatum monachorum. dr̃ enim in Decretis 19.† q.3. Mandamus, & uniuerſaliter interdicimus, ne quis canonicus regularis profeſſus niſi, qđ abſit, publice lapſus fuerit, mo-

¶ *Super Quęſtionis 189. Articulum ſeptimum.*

IN art. 7. aduerte, quòd quò epiſcopi obligentur voto perpetuo ſuperi⁹ declaratum eſt. Quo aũt ſolemni, vt hic dr̃, declaratur nunc, ꝙ lato vocabulo dr̃ ep̃orum votũ ſolemne, & non vniuoce: ſicut uotum religionis, & ſacri ordinis dr̃ ſolemne, ut patet in c. Quod votũ, in Sextò, & de voto & voti redẽptione. Sicut lato vocabulo habet votũ ep̃s, vt pri⁹ dictũ fuit. Cuius ſignũ eſt, ꝙ ſola licentia Papæ ſufficit ad diſſolutionẽ vinculi ep̃alis, & nõ requirit̃ diſpenſatio cum tam ardua cauſa, vt requiritur in diſſolutione uinculi religioſi. Maius quoq; ſignũ eſt, ꝙ in voto ſolemni religionis ſupra dr̃ non poſſe Papam diſpenſare, & de voto ep̃i dr̃, ꝙ Papæ licentiæ cõmittitur. Quo quoq; intelligat̃, ꝙ ſolus Papa in votis perpetuis diſpenſat, ſuperi⁹ declaratũ eſt.

¶ In rñſione ad 2m eiuſdem articuli aduerte, ꝙ timor ne deficiant presbyteri, & nuptiæ, & huiuſmodi, ſtultus dr̃. Et Hieronymi rõ eſt, quia rara eſt uirtus, & rarus eſt appetitus efficax illius. Authoris autem alibi ratio eſt, quia homines ex naturali ſuorũ indiuiduorũ conditionibus diuerſas habent inclinationes; ita ꝙ non oẽs ad idem inclinantur, ſed alij ad contemplationẽ, alij ad agriculturã, alij ad militiam, alij ad nuptias, alij ad cęlibatum &c. Et propterea non eſt timẽdum humano generi quòd aliqua illius pars deficiat.

...q.184. ...3. & op. ...c.25. ...arte 3.c.5. ...ter princ. ...medium.

Ibidem.

...q.2.cap. ...e ſunt le... ...a medio.

...3. ad 3. ...q.88. art. ...ad 1.

¶ *Super Quæſtionis 189. Articul. octauum.*

IN ar. 8. eiuſdẽ vltimæ q. dubiũ occurrit, An licentia q̃ petere debet canonicus regularis tranſeundi ad monachos clericos, debeat eſſe obtenta. Et eſt ratio dubij, quia ex ratione literæ apparet, ꝙ ſufficit quòd ſit petita, qm̃ conſtat eſſe tranſitum ad arctiorem. In oppoſitũ uero eſt, quòd tex in c. Statuimus. 19.q.3. diſponit quòd licentia ſit obtenta.

¶ Ad hoc videtur dicendum, quòd text. ille antiquus declaratus eſt per Innocẽtium tertium in cap. Licet, extra de regular. in ſuo ſimili, dũ dicitur, quòd intentiõ hmõi ſanctionũ non eſt impedire bonũ, ſed obuiare leuitatibus & iniurijs: & quòd prælati tenent̃ dare huiuſmodi licẽtiam. Et ſi non dant, poteſt licite quis ad melioris uitæ frugẽ ire. Vnde in propoſito caſu ſufficit licentia petita, quãuis nõ obtenta quia ius iam concedit ei qui illã humiliter petijt, imo declarat potius conceſſam eſſe ſibi ex priuata lege charitatis, contra quam nulla ſunt iura. Et hoc intelligo, ſi certum eſt, quòd nõ ex leuitate, ſed ex deuotione ad arctiorem monachorum clericorum vitã ſuſpirat. Nam ſi dubiũ eſſet, ſuperioris eſt iudiciũ inquirendum, hoc eſt, requiritur licentia diſcreta, petita, & obtenta, vt in litera ex illa Decretali dr̃. Et ſimiliter requiritur diſcreta, petita, & obtenta licentia, cum ad minorem melius ſeruatã quis tranſire vult. Et ratio eſt, quia trãſitus iſte non eſt ad melius abſolute, ſed in caſu. Regulare eſt aũt quòd quid a endum eſt in caſu, a ſuperiorib. hauriendũ eſt. Et quia cũ quis non ad maiorẽ, nec melius ſeruatam, ſed ad meliorẽ ſibi trãſire optat, ſicut qui infirm⁹ aut debilis eſt, trãſire vult, vt in tertio caſu literę ponit̃,

cum

In Decret. libr.3.ti.31. c. lice.. & eſt 18. i ordine.

Non remote à fine incipit hæc epi. Multa in orbe monſtra, to.2.

4. diſt. 27.q.1.ar.3.q.1.&. & diſt.3.8.q.1.ar.4.q.3. ad 2.

Gl. inter linearis ibidem.

In Decret. li.3 ti.35. cap. 5. a medio.

Cauſa 19. q.3. c. Mandamus.